Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Georgii Beyeri, J.U.D. De Utili & Necessaria Autorum Juridicorum Et Juris arti inservientium Notitia Schediasma, exhibens Indicem Autorum quos Tribus Speciminibus recitavit & excerpsit

Beyer, Georg

Lipsiae, 1720

VD18 90548167

XIII. Franc. Balduinus ad Leges de Jure Civili, Voconiam, Falcidiam, Juliam, Papiam Poppaeam, Rhodiam, Aquiliam.

urn:nbn:de:gbv:45:1-14273

Visual Library

XIII.

FRANC. BALDUINUS ad Leges de Jure Civili, Voconiam, Falcidiam, Juliam, Papiam Poppæam, Rhodiam, Aquiliam. Baſil. 1559. in 8. plagg. 18.

AUtor hunc tractatum conſcripſit occaſione hiſtoriæ univerſalis, de qua ſupra diximus. Ibi leges quoque immiſcere animus erat, ſunt enim earum nonnullæ, quæ plus facti habent, quam juris, nec ab hiſtoria divelli poſſunt; ſunt aliæ, quæ ad jurisprudentiam potius quam ad hiſtoriam; ſunt etiam quæ ad utramque commode referri poſſunt (vid. *præfat.*) iſtarum digniores & quidem de Jure privato hic explicat, nempe

I. *Voconiam*, quæ lata A. U. C. 584. a Q. Voconio Saxa, Tribuno plebis (quod probat *p. 2. ſeqq.*) ejusque capite primo conſtitutum, *ne quis cenſus* (i. e. civis in cenſum relatus) *mulierem heredem faciat ſupra quadrantem.* Quod explicatur *p. 4—12.* Secundum caput erat, *ne quis cenſus plus leget mulieri, quam heredi relinquatur.* De quo erudite *pag. 12—17.* inde locum Pauli de hac materia explicat *usq; ad p. 23.*

II. *Falcidiam* latam A. U. C. 713. P. Falcidio Tribuno Plebis, quæ inter Plebis ſcita ultimum locum occupat. Eam vero Autor ſuccincte ſed eleganter & ex fundamentis ſuis explicat, nihil fere quod vulgo ab interpretibus notatur, attingens *pag. 24—52.*

III. *Ju-*

III. *Juliam Papiam Poppæam* a M. Papio M
tilo & Q. Poppæo ſecundo, Coſſ. ſuffectis, ex
mis Annis Auguſti perlatam, adeoque inter le
Conſulares ultimam, ſed celebrem, latiſſime
tentem & ex multis legibus conflatam, pro
etiam prolixis JCtorum Commentariis exp
tam. (De qua poſt Balduinum profeſſa op
egit *Jac. Gothofredus in fontibus quatuor juris*
vilis.) In hac explicanda & ipſe Autor m
prolixior eſt, quam in reliquis *p. 53. -- 189.* Præ
ſit vero Lex Julia Papiam. Sed quia plera
ejus capita poſtea in legem Papiam transfuſa
runt, utriusque nomen promiſcue accipitur. U
verſæ ejus capita præcipua in anteceſſum ind
pag. 54. ſcil. de nuptiis & cœlibatu, de jure li
rorum & orbitate, de caducis, de jure patrona
Hinc legis de maritandis ordinibus hiſtori
p. 55. -- 65. capita vero tria (ut ingenuis perm
tatur ducere libertinas; ut id non liceat ſenato
bus eorumque filiis; ut ingenui non minus qu
ſenatores ducere prohibeantur famoſas mulier
pag. 65. -- 91. explicat. De cœlibatu, orbit
& jure liberorum agit *pag. 91. -- 115.* De jure
tronatus *p. 115 — 140.* & de caducis *p. 140—*
Eorumque occaſione tractat de conjugio ſen
p. 62. ſeqq. item *p. 77.* De divortiis libertæ
terdictis *p. 80. ſeqq.* De remittendis jure
rando vel conditione adjecta, *ne matrimoni*
ineatur. p. 85. ſeqq. de tutela fœminarum *pag.*
de jure ſubſtitutionis *p. 146.* de jure accreſcendi
jusque origine *p. 147. ſeqq.* de aditione here

tatis *pag. 154. ſeqq.* quando dies legatorum cedat *p. 158. ſeqq.* ubi etiam de regula Catoniana.

Legem Juliam de *viceſima* A. U. C. 759. ab Auguſto tentatam, ſed ſeptem poſt annis demum perlatam plene exponit & hiſtorice pertractat *pag. 176—189.*

IV. Rhodiam ab Auguſto confirmatam; ubi optat, ut integras leges Rhodias haberemus, earumque hiſtoriam recitat *p. 189. ſeqq.* ſingula deinde capita de jactu diſponentia explicat *usque ad pag. 216.*

V. *Aquiliam p. 216. ſeqq.* cujus hiſtoriam, autorem & capita ſingula perſequitur. Secundum quidem caput negligit; adjicit tamen *quartum* de duplo propter inficiationem præſtando. Cæterum laudat conſtantem huius legis præ omnibus aliis obſervationem.

Integrum vero hunc tractatum commendat erudita & plane ſingularis atque amœniſſima tractatio ex hiſtoria magis quam philoſophia vulgari decerpta. Eam utinam imitemur, certior eſſet Jurisprudentiæ ratio.

XIV.

PETRI DE GREVE, Anteceſſoris Noviomagenſis Diſſertationes ad Inſtitutionum Imperialium loca difficiliora. Editio tertia. Noviomag. 1668. in 12. plagg. 20.

SCriptum ſuccinctum, elegans, ſatis perſpicuum

Landesbibliothek Oldenburg